



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Imitatione Christi

Thomas <von Kempen>

Antverpiae, 1607

Quòd verba Dei, cum humilitate sunt audienda, & quod multi ea non ponderant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48701)

## CAP. III.

*Quòd verba Dei, cum humilitate sunt audienda: & quod multi ea nō ponderant.*

1 **A** Vdit filii verba mea, verba sua-  
 uissima, omnem Philosopho-  
 rum & Sapientium huius mūdi scien-  
 tiam excedentia. Verba mea spiritus Ioan. 6.  
 & vita sunt, nec humano sensu pen-  
 sanda. Non sunt ad vanam cōplacen-  
 tiam trahenda, sed in silētio audienda,  
 & cum omni humilitate atque magno  
 affectu suscipienda. \* Et dixi: Beatus, Seruus Ps. 93.  
 quem tu erudieris Domine, & de lege  
 tua docueris eum: vt mitiges ei à die-  
 bus malis, & non desoletur in terra.

2 † Ego, inquit Dominus, docui Domi- nus.  
 Prophetas ab initio, & vsque nunc Heb. 1.  
 non cesso omnibus loqui: sed mul-  
 ti, ad vocem meam surdi sunt, &  
 duri. Plures mundum libentiùs au-  
 diunt, quàm Deum: faciliùs sequuntur  
 carnis suæ appetitum, quàm Dei bene-  
 placitum. Promittit mundus tempo-  
 ralia & parua, & seruitur ei auiditate  
 magna: ego promitto summa, & æter-  
 na, & torpescunt mortalium corda.

F 3 Quis

Quis tanta cura, mihi in omnibus seruit & obedit, sicut mundo & dominis eius seruitur? Erubescere Sidon, ait mare. *Esa. 23.* Et si causam quæris, audi quare. Pro modica præbenda, longa via curritur: pro æterna vita, à multis vix pes semel à terra leuatur. Vile pretium quæritur: pro vno numismate interdum turpiter litigatur: pro vana re & parua promissione, die noctuque fatigari non timetur.

3 Sed proh dolor. pro bono incommutabili, pro præmio inæstimabili, pro summo honore & gloria interminabili, vel ad modicum fatigari pigritatur. Erubescere ergo serue piger & querulose, quòd illi paratiores inveniuntur ad perditionem, quàm tu ad vitam. Gaudent illi amplius ad vanitatem quàm tu ad veritatem. Equidem à spe sua nonnumquam frustrantur, *Rom. 1.* sed promissio mea neminem fallit, nec *Mat. 24* confidentem mihi dimittit inanem. Quod promisi, dabo; quod dixi, implebo; si tamè vsque in finem, fidelis in dilectione mea quis permanserit. Ego *Apoc. 2* remunerator sum omnium bonorum. *Mat. 5.* & fortis probator omnium deuotorum. *1 Cor. 15.*

4 Scri-

4 Scribe verba mea in corde tuo, & pertracta diligenter: erunt enim in tempore tentationis, valdè necessaria. Quod non intelligis, cū legis cognoscas in die visitationis. Dupliciter soleo electos meos visitare, tentatione scilicet & consolatione. Et duas lectiones eis quotidie lego, vnam increpando eorum vitia, alteram exhortando ad virtutum incrementa. Qui habet verba mea, & spernit ea, habet qui iudicet eum in nouissimo die.

*Oratio, ad implorandam deuotionis gratiam.*

5 **D**omine \* Deus meus, omnia Seruus Gen. 18 & 1. Re. 18. bona mea tu es. Et quis ego sum, vt audeam ad te loqui? Ego sum pauperrimus seruulus tuus, & abiectus vermiculus: multo pauperior & contemptibilior, quàm scio, & dicere audeo. Memento tamen Domine, quia nil sum, nihil habeo, nihilq; valeo. Tu solus bonus, iustus & sanctus; tu omnia potes, omnia præstas, omnia imples, solum peccatorem inanem relinquens. Reminiscere miserationum tuarum, & imple cor meum gratia tua, qui non vis esse vacua opera tua.

F 4

6 Quo-